



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio
Coloniæ Agrippinæ, 1620**

Deipara precibus inuocanda, & quomodo, num. 2.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

PRIMUM GENVS OBSE-
quiorum.DEIPARA PRECIBVS IN-
uocanda, & quomodo.

Ildefonsus. 2 ET quod & Deiparæ laudes, & in-
uocationem i. de Assumptione:

Inuitat, inquit, nos sanctorum Prophetarum chorus, immo & sapientia Dei Patris, inuitat nos Spiritus sanctus, Antethorum, inquit, huius Virginis frequentate dul-

*Dramma, cia Cantica Dramatis. Dramaton enim ge-
nus est carminis, quo genere Cantica cantico-
rum edita leguntur; & iubemur, ut cha-
ritas amplius commendetur eo genere ca-
nendi, dulcia cantica in huius honore Vir-
ginis frequentare, ubi interdum Angelica-
nentes celebrant laudes. Idem Ildefonsus
sermone 2. Huius Virginis, inquit, animam
Dominum magnificentem glorificemus,
quoniam hac est anima illa beata, per quam
Auctor vita ingressus est mundum, per quam
omnis maledictio soluta est primorum paren-
tum, & coelestis benedictio venit in toto
mundo. sic Ildefonsus. Ipsa verò Ecclesia
fideles omnes ad laudandam Deiparam
magna cum cordis latitia in festis bea-
tae Virginis his verbis in Ecclesiastico
officio inuitat: Carde, & animo Christo
canamus*

quia.

Offic. Eccl. 2

canamus

canamus gloriam in hac sacra solemnitate
 præcelsa Genitricis Dei Maria. & rursum:
 Cum iucunditate Conceptionem Beatae Ma-
 ria celebremus, ut ipsa pro nobis intercedat
 ad Dominum Iesum Christum. & beatus
 Laurentius Iustinianus sermone de Na-
 tiuitate Mariæ: Nos igitur ad honorem
 huius Virginis præcinamus in confessione,
 Deoq; nostros psallamus in cythara, ipsum
 veneremur in Matre, & Matrem honore-
 mus in filio.

De patrocinio vero Virginis implo-
 rando pulchre Bernardus apud Bonauen- Bernard.
 turam in Speculo beatæ Virgin. cap. 3. apud Bo-
 Non sic, inquit, timent hostes visibiles qua nauent.
 si castrorum aciem copiosam, sicut aërea Psalm. 67.
 potestates Maria uocabulum, patrocinium,
 & exemplum fluunt, & pereunt sicut cera
 à facie ignis, ubicunque inueniunt crebram
 huius nominis recordationem, deuotam in-
 uocationem, sollicitam imitationem. hæc
 Bernardus.

3 Cæterum multa sunt, quæ ad hoc *Meditatio*
 de Virginis inuocatione referri possunt. *vita Vir-*
 Magnopere conducere in primis Deiparæ *ginis uir-*
 uitam, eiusque actus, ac virtutes non *lissima.*
 tantum audire, & legere, verum etiam
 attentè meditari, ac sedulo expendere:
 ut sic eius sanctitatem, ac maiestatem
 melius cognoscamus, ac veneremur,
 eiusque

eiusque suffragia imploremus: & habita proprii status, talenti, & vocationis ratione, eam re ipsa magis imitari, ad eiusque exemplum mores nostros conformare, Deoque perfectius seruire possimus. Id quod Virgini gratissimum erit, ut scilicet eius exemplo ad filij sui obsequium alij incitentur. Et quidem huiusmodi meditatio, quæ est de vita Deiparæ consulitur Psalm. 47. (in quo de Virgine agitur) illis verbis: *Circumdate Sion, & complectimini eam, narrate in turribus eius.* & iterum: *Distribuite domus eius, ut enarretis in progenie altera;* ac si diceret: singula quæque Virginis vitæ mysteria, atque virtutes quasi domos huius cœlestis Ciuitatis distribuite, & per meditationem circumdate, diligenter lustrate, atque expendite, & per affectum imitationis complectimini, ut enarretis in progenie altera, atque alijs imitanda prædicetis.

*Inuocanda
B. Virgo.
Chryso-
stomus in Of-
ficio Ecce-
lesiastico 12.
Septembr.*

Præter meditationem vitæ eius, implorandum est etiam eius auxilium omni cordis affectu, & intimis animi desiderijs. Quare Chrysostomus sermone de Beata Virgine. *Ad hanc, inquit, sanctissimam Virginem, & Dei matrem accurrentes, & eius patrocinij utilitatem assequamur.* Nam ut pulchrè de B. Virgine Bernardus

Bernardus

Bernardus sermone 2. de Assumpt. Ad-
ueniente, inquit, spiritus, plena sibi eodem
superueniente nobis quoque superplena, &
superfluens fiat: Quia ergo superplena, &
superfluens est, moueatur, inquit Bona-
uentura in speculo Beatae Virgin. capite
7. ut effundat liquorem: nam ex Bernardo
vas liquore plenum si moueatur, facile sub-
uertitur, & effundit liquorem. Ita Bona-
uentura.

Bernard.
Bonavent.

Bernard.

Quocirca S. Brigitta in reuelat. in ser-
mone Angel. cap. 15. B. Virgo pro vita
aeterna, & ut effugetur diabolus preca-
tur. eo autem enixius à nobis est eius pa-
trocinium implorandum, quo nos pau-
periores & indigentiores sumus: & quo
maius in ea, quam in ceteris sanctis (ut
cap. 30. dictum est) Deus praesidium no-
bis constituit. Quin etiam per eam stu-
deamus preces, & meditationes nostras,
ac nos ipsos Deo offerre, ac consecrare,
ut c. 36. diximus, quo preces nostrae sint
ad ea, quae petimus consequenda effica-
ciores: & maiori cum animarum nostra-
rum fructu, meditationis tempus tran-
sigamus. Quia in re illud in memoriam
est reuocandum, quod de sancto Elzea-
rio Comite infra dicemus, qui suae me-
ditationi, quanta poterat animi pietate
praemittebat salutationem Angelicam,
qua

S. Brigitta

Per Virgi-
nem nostram
Deo offe-
ramus.

S. Elzear.

qua dicta nunquam sibi defuisse nouam rerum diuinarum materiam: firmabat.

*Quæ ad
Virg. inuo-
cationem
spectant.*

4. Ad inuocationem postmodò Virginis spectant preces, quæ in eius honorem funduntur, vel quibus eius auxilium petimus.

Huiusmodi sunt missæ, quæ in honorem Virginis à Sacerdotibus celebrantur.

Secundò, priuatæ quædam preces, quibus statis horis, vel alijs temporibus eam salutamus & oramus.

Tertiò, officium seu preces horariæ B. Virginis.

Quartò, Litanix eiusdem Virginis.

Quintò, Rosarium.

Sextò, Corona ex 63. vel 73. salutatio- nibus Angelicis constans.

Septimò, Corolla, quæ saluatione Angelica duodecies repetita, & oratione Dominica ter interiecta recitari solet.

*Quæ in
precibus
seruanda.
Primò cor-
mundum.*

Verùm circa preces, quas ad Virgine inuocandâ fundim⁹, vt officiosiores, ac Virgini gratiores sint, hæc se è obseruanda erunt. Primum, vt quo ad eius fieri poterit à corde mundo prodeant: quod satis patet exēplo superiori capite allato, vbi de puritate, seu virginitate Deiparæ imitanda egimus, quamuis autem Eccl.

Eccl. 15.

15. *Non sit speciosa laus in ore peccatoris;*

In

In quocunq; tamen statu homo fuerit, à
 Virginis laude nō est cessandū, vt monet
 Sophronius sermone de Assumpt. Quia, *Sophron.*
 inquit, inde tibi promittitur venia vnde
 omnibus, vt laudes: per ipsam enim veniā
 obtinere potes. Nam & sermo diuinus cūm
 Psal. 49.
 de peccatore geret in Psalmis Sacrificium,
 inquit, laudis honorificabit me: protinus
 addidit, & illic iter quo ostendam illi salu-
 rare Deo, ac si dicat, illic iter est laudis ad
 eternam salutē, propterea quia iter salutis
 nostra in laudibus est Saluatoris. Horror vos
 in hac sacra solemnitate Genitricis Deo
 Maria nolite cessare laudibus. Hæc ille.

Secundū, vt non oscitanter, & cum *Secundō,*
 animi euagatione, sed animo attento, & attentē
 magno cum affectu, ac deuotione eas *cū affectu.*
 persoluamus præstat enim preces pau-
 cum deuotione, quā si ea multas cf-
 fundere: legimus enim in Speculo Ex-
 emplorum dist. 9. n. 116. quandam Vi-
 ginem religiosam 150. salutationes An-
 gelicas, cum totidē venijs minus digna
 deuotione quotidie Deiparæ offeren-
 tem, & ab eadem admonitam acce-
 ptius sibi fore, si quinquaginta salu-
 tationes cum suis venijs cum animi
 affectu, & attentione, quā si mul-
 tas negligenter, & sine deuotione per-
 solueret.

*Specul
 exempl.
 Exemplū
 cuiusdam
 minus de-
 uotè preces
 offerentis.*

5 Tertium

Tertio Non facile omittenda. Deipara Thoma à Kempis consuetas preces o-mittenti amplexū denegat. s Tertium, quæ semel Virgini offerenda proponimus, non facile, & quavis occasione sunt negligēda, sed cōstanter retinēda. Ille enim Thomæ à Kempis religioso homini, & integerrimo cum esse: Iuuenis solitas ad Virginem preces o-mittenti, per visum Virgo amplexum, quo alios dignata fuerat, denegavit; quas postea quotidie diligentissimè exsoluit. Quod exemplum habetur in spec. exempl. dist. 10. num. 7.

Assuetas erga B. Virg. preces ne omittet. S. Edmundus postea Cantuariensis Episcopus cum studijs operam daret, orationē illam: cuius initium est: *O In-temerata*, in honorem Dei Genitricis, & S. Ioan. Euangelistæ quotidie reuerenter dicere solitus, aliquando studiorum

S. Edmūd. S. Ioanna monitus. Vincent. in Spec. histor. occupatione illius dicendæ oblitus est: proxima nocte B. Ioann. s ei apparet, cum ferula immanem, & lethalem ieiunium minitari visus est; sed mox placatus, blandè & familiariter eum admonuit, ne precationem illam vnquam omitteret. hæc ex vita eiusdem cap. 11. apud Surium 16. Nouemb. & apud Vincentium Beluacensem lib. 31. cap. 37.

Surium.

Quamuis etiam iustis de causis, obedientiæ præsertim, & charitatis, si omit-ramus preces, vel alia pietatis opera, quæ ex priuata deuotione præstamus; modò

modò id quod in nobis est facientes alia ratione compensare studeamus, id Virgini non est ingratum: nam in spec. Exempl. dist. 3. n. 37. ex illustribus viris Ordinis Cisterciensis narratur de quodam Fratre eiusdem Ordinis in nocte Assumpt. extra Monasteriũ in grangijs ouium custodiam ex obedientia relicto, qui libentissimè in monasterio diuinis laudibus, vna cum alijs eiusdem monasterij religiosus interfuisset: hic audito ad matutinum signo, ad plagam coeli, qua monasteriũ situm erat conuersus, omnia affectu salutationem Angelicam (neq; enim alias Virginis preces notat) sapius cum suis venijs repetens reliquã noctis, & diluculi partem sine tædio in agro transegit: de quo S. Bernardus per reuelationem Spiritus edoctus, mane illud in sermone ad fratres dixit: Scire, inquit, vos volo vnum ex Fratribus, quem obedientia hac nocte sub dio in syluis sancta festiuitatis gaudia celebrare coegit, tam deuotum, tam festiuum Domina nostra matutinarum exsoluisse seruitium, vt nullus quantacumq; suspensa contemplatio seu intensa deuotio ipsius deuotioni, quàm non alta contemplationis sublimitas sed submissa sancta simplicitatis humilitas effecit, praeferrì potuerit. hæc ibi.

Frater
Cisterciensis
qui preces magna
cum pietate
Deipara
obtulerat,
diuino nutu à S.
Bernardo
ceteris
praefertur
Specul.
exempl.

Narrat

Bernard. Narrat etiam Cæsarius lib. 7. c. 32. in
Cæsarius monasterio Hemmenode Ordinis Ci-
Quidam stericiensis conuersum quendam nomi-
ex superio ne Hermammem, cum post Completo-
ris prescri rium in stato suo quiesceret, & subito
pro occu- recordaretur se vnā horam, quam in
patus, pre- honorem Virginis decantare solebat,
ces mini- propter diurnas occupationes distulisse,
mè persol- & ex oblivione neglexisse; è strato ex-
uisset à lijsse, vt vel eo tempore illam recitaret.
Deipara Mira dignatio, Dei Genitrix repente ei
est excusa- astans, & labores eius miserata, iussit, vt
tus. quiesceret, voluitque pro eo neglectam
 horam supplere. hæc ferè ad verbum ex
 Cæsario.

Aliud si-
mile ex-
emplum
ex Chron.
S. Fransi-
sci.

Et in 3. part. Chron. S. Francisci lib. 1.
 cap. 36. quidam Frater Iuuenis, Virginis
 studiosus quotidie coronam eiusdem
 deuotè recitare solitus, semel propter
 hospitem multitudinem, quibus exci-
 piendis occupatus fuerat; valdè defati-
 gatus cœpit vesperi eandem recitare: at-
 tamen vel inuitus somno oppressus fuit:
 ve ùm à benignissima Virgine, & ab An-
 gelis, vt melius quiesceret, in strato ita
 vterat dormiens deponitur; qui exper-
 gefactus audiuit à Virgine sibi gratum
 fuisse cū sua deuotione charitatis optus,
 quod exercuerat. Ex eadem quoque 3.
 part. Chron. Sancti Francisci libro 6.
 cap. 31.

cap. 31. Frater Thomas Caponus nobi-
dis Florentibus Ordinis Minorum cum
propter occupationes quibus ministras
fratribus distentus fuerat, solitas preces
antequam cibum sumeret, recitare non
potuisset, in templum ad Aram Virginis
Annunciatae eas recitaturus se contulit:
verum ex Deiparae Imagine vox ad eum
facta est, qua iuebatur ad mensam cum
alijs accedere, & post cibum precum
pensum persolvere; cum bona eius
voluntas ipsi accepta esset, quippe qui
obedientia, & charitate impeditus fue-
rat.

*F. Thomae
Caponus.
Aliud si-
mile exem-
plum de
F. Thoma
Caponis.*

Cæterum de ijs, quæ ad Virginis in-
vocationem spectare diximus, singilla-
tim aliquid proferamus.

I.
MISSÆ DE DEIPARA,

eidem grata.

P R I M O igitur missæ, quæ de Virgi-
ne celebrantur eidem Virgini gra-
te in primis sunt: licet enim, ex sacro
Concilio Tridentino sess. 22. cap. 3. cum
in honore sanctorum missæ celebrantur,
soli Deo Sacerdos sacrificium offerat;
tamen Deo de illorum victorijs gratias
agens, eorum patrocinia implorat:
& ideo